



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De muliere in Are, quae à diabolo amplexata, post paucos dies defuncta  
est cap. 32.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

fectio cordis inuasit me. Dicente illa; Nequaquam hic fuit. Respondit matrona; Imo certissimè , satis enim proterè respexit me, vadensque in domum suam lecto decubuit, & post paucos dies defuncta est.

## C A P V T   X X X I I .

**M**VLIERI cuidam, iuxta castrum Are commanenti, hoc anno simile contigit. Haec cùm maritum haberet ebriosum, nulla præsumebat nocte ire dormitum, donec ille à taberna rediret. Quædum una noctium, pasta ad coquendos panes præparata, ante fores domus suæ fuderet, viri præstolans aduentum, duos in albis vestibus ad se venire vidit. In cuius amplexus, dū vñus illorū rueret, eamque brachijs stringeret, illa clamante, ambo disparuerunt, quæ in domum fugiens, mox vt lumen vidiit, amens facta ruit, filiamque propriam in clamore conuertit. Post paucos dies defuncta est. Ecce, quo Dei iudicio talia fiant proflus ignoro. A P O L L O N I V S : Horrenda sunt haec. CÆSAR I V S : Audi aliud, quod satis terrere nos poterit, qui dicimus viri religio si.

## C A P V T   X X X I I I .

**T**Empore quodam æstiuo, Conuersis ordinis nostri in dormitorio suo meridie quiescentibus, diabolus in specie monialis nigri ordinis singul orum lectos circuiuit, ante quosdam stetit, ante quosdam cum festinatione præterinit. Veniens ad quendam Conuersum, ante illum se inclinauit, & brachijs collum eius stringens, tactuque meretricio demulcens, oscula in eius ora defixit. Quod cùm quidam frater religiosus vidisset, & illa disperuisset, satis tam de persona, quam opere, & in tali loco supens surrexit, & Conuersi lectum adjit; quem quidem dormientem, sed incompositè & impudicè nudatumque iacentem inuenit. Cæteris ad signum nonæ surgentibus, ille grauem se sentiens, surgere non potuit, & ad vesperam in infirmitorio ductus, infra triduum vitam finiuit. Haec apud nos eiusdem, vt puto, loci graniarius recitauit, afferens sibi dictum ab eodem Conuerso, qui vidit visionem, sub typo confessionis.

A P O L